ei nomē ex eo cēſēt, ꝙ animoꝝ calētiū mol lit ipetus, & tumentes refrenat iras, hūc Arabes legunt. De Cryſtallo.

κρύσταλλος

¶Cryſtallus & gemma albi coloris eſt, quā glatiem uehementiori gelu cōcretā nō nulli putāt. Eā ob rem glatiei nomē habet. Græci eñ cryſtallū gelu cōcretum appellāt Sed Plinius cœleſti humore paruaqꝫ niue id fieri aſſerit. Nō eñ aliubi ꝙ̃ ꝗ loco maximæ niues hibernæ rigent, deprehendit̃ niſi torrēte aliunde deportat̃ Inter eos ꝗs Oriēs adminiſtrat. Indic9 oībus præfert̃. Viliſſim9 circa Alabādā et Orthoſiā finitimiſqꝫ mōtibus, Et in cypro naſcit̃. Laudatior q in alpiū iugis. & in Germania reperit̃, eſt caloris ĩpatiēs, nec aliud ꝙ̃ frigidū ferre poteſt. Ob id nō niſi frigidis, ꝗ ex ipſo fiūt uaſa, addicāda ſūt ſexāgulis lateribus, cuius lenor ita abſolutus eſt, ut nulla arte poſſit æq̃ri, magnitudo ei9 ampliſſima ē. Liuia Auguſta pōdere qnquaginta libraꝝ ĩter capitolina dona cryſtallū dedicauit. Xenocrates autor ē uas amphoralę ex eo uiſum. Alij ſextarioꝝ q̃tuor cryſtallum uiſum aſſerunt cubitalē effoſſā a Pythagora Ptolomei regis Ægipti pfecto traditū ē. Nero princeps amiſſaꝝ reꝝ nuntio accepto, duos calices cryſtallinos ĩ ſuprema ira fręgit, ne qs alius

Liuia Au.

Nero

 ex his biberet, fragmēta